UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

S. Martiani Archiepiscopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

Poſt hęc quidam Andegauenſis incola, nimia fe-
Vide quæ faciat oleo benedicto & ſigno ctucis. bre exhauſtus, linguæ auriumque officium perdi-
derat, quem vir Dei vocatum ad ſe oleo ſancto ori
verticiq; eius infuſo, protinus ſanum & incolumen
reddidit. Quo permotus miraculo quidam à nati-
uitate cæcus, duobus aut tribus menſibus, in mona-
ſterio orationi ac ieiunijs ſe totum tradidit: tan-
demq; à S. Hoſpitio vocatus, oleoq; benedicto inun-
ctus, in Chriſti nomine lumen recepit. Dehinc mu-
lier quædam tribus dæmonijs obſeſſa, ab eodem vi-
ro ſancto, oleo ſancto & crucis ſigno benedicta, à
ſæuis hoſpitibus liberata eſt. Sed & aliam puel-
lam, immundo vexatam ſpiritu, benedictione ſa-
nauit.

Cùm autem iam dies obitus eius appropinqua-
ret, vocauit ad ſe ciuitatis Nicienſis antiſtitẽ, vt ei
Vide rigiditatem vitæ. pòſt mortem ſepelire dignaretur. Inſtante igitur
mortis hora, catheſias, quib. vinctus erat, depoſuit;
& corpuſculum, quod, ſcatentibus vndique vermi-
bus, intolerabili cruciatu afficiebatur, humi pro-
ſtrauit: deindè, tota mente precibus intentus, vim
Obitus eius. lachrymarum profudit: eleuatiſq; ad cælum mani-
bus, gratias Deo agens, ſpiritum tradidit.

---

*VITA BREVIS S. MARTIANI RAVENNATIS Archiepiſcopi. Vt habetur libro primo hiſtoriarum Hieronymi Rubei, de geſtis Rauennatum.*

22. Maij. S. Apollinaris, Rauennatum Apoſtolus, diuini-
tus factus certior, fore, vt breui Rauenna exu-
laret, ac ſubita opprimeretur calamitate, capiteq;
oppugnaretur: ne Rauennatem eccleſiam, abſq; pa-
ſtore relinqueret, duodecimo poſtquàm acceſſerat
anno, ſacerdotes binos inſtituit, Aderitum & Calo-
cerum,

cerum, Diacones verò Martianum virum nobiliſſimum & Eleochadium, ſummum philoſophum. Ceſſo igitur Apollinare, poſt Eleochadium, in Rauennati Archiepiſcopatu, Martianus, à Deo demiſſa columba electus, ſufficitur: natus ſublimi loco vir, tam piè, iuſtè, ac temperanter vitam degebat & tanto concitus ardore animi, Chriſtum prædicabat, vt in animis Rauennatum, ardente excitaret omnium virtutum amorem: multiq; nullis rerum aduerſarum ictibus frangi, neq; oppugnationibus nefariorum, de gradu pietatis deijci potuerint: ſed calamitates omnes, tandemq; necem pro Chriſto libenter pertulerint. Plurimos ſacris initiauit: cumq; rerum admirabilium gloria clariſſimus eſſet, cæleſtem in patriam abijt, vndecimo Kal. Iunij: atq;, vti ex vetuſtiſſimis ſcriptis collegimus, in D. Eleochadij, ſepulturæ traditus eſt, Anno Domini ſeptimo & vigeſimo ſupra centeſimum dùm Ælius Hadrianus imperaret.

Martianus diuinitus deſignatur Epiſcopus.

---

MARTYRIVM SS. DONATIANI ET *Rogatiani, ex eo quod, optima fide, apud Surium extat, cui vetuſtiſſima adſtipulantur Martyrologia.*

CVM Diocletianus & Maximianus Romani Imperij ſceptra tenerent, ſuiſq; præceptis & edictis crudelibus, Chriſtianum nomen, obliuione ſempiterna, cõterere niterentur, erat in vrbe Nannetica, iuuenis quidã, Donatianus nomine genere clarus, ſed fide multo clarior; qui in ipſo iuuentutis ſuę feruore, maturioris animi fręno, turbulentos adoleſcentię motus temperabat: & ne, inter ſpiritualis nequitiæ procellas, lapſum incurreret, in timore Domini, ꝓſperè, vitę curſum dirigebat. Qui

24. Maij.

Donatianus egregius iuuenis.